

Pieris persica Gdgr. — Biennis a basi aperte ramosissima, ramis albido-viridibus aculeolatis, folia infer. linearis-oblonga acuta sinuata viridia, capitula longe pedunculata, pedunculi tenues non incrassati, involucri oblongi phylla cana dorso setosa pappum niveum deciduum æquantia, calyculus subpatulus, achenia rugosa fulva.

HAB. : Persia austro-or., in rupibus ad Kerman (Bornmüller n. 4138!).

A *P. strigosa* MB. differt ramis subdivaricatis albidis, foliis subintegris, etc. Sub eodem n. exstat etiam permixta *P. glaucescens* DC. cum *P. strigosa* saepius immerito confusa et cujus specimen a Bornm. lectum habeo.

Pieris turcomanica Gdgr. — A *P. strigosa* MB. differt indumento multo magis aspero-aculeolato, foliis inferioribus profunde lobatis lyratis, lobis obtusis, pedunculis incrassatis brevioribus, pappo sordide albido, calyculi phyllis saepe recurvatis.

HAB. : Transcasplia, Kisil-Arwat in m. Sundsodagh (Sintenis n. 1851! sub. nom. var. *turcomanica* Bornm. Sint.)

Caulis rigidus virgatus superne tantum et recte ramosus.

✓ **Stephanomeris Hitchcockii** Gdgr. — A basi divaricatum ramosissima humilis conferta glaucescens, folia linearia tenuissime incisa, calyculus adpressus, capitula breviter pedunculata solitaria, phylla involucri 8 mm. longa, pappus albus nec albidus.

HAB. : America bor., Kansas ad Meade (Hitchcock n. 1422!).

Medium tenet inter *S. minorem* Nutt. et *S. rucinatam* Nutt. sed huic proximior a qua foliis filiformibus, statura nana (10-15 cm.) etc. differt. Radix incrassata.

✓ **Stephanomeris oregonensis** Gdgr. — Biennis humilis glaucescens paniculato-ramosissima, folia filiformia integra, pedunculi valde bracteati uniflori in racemos tenues laxifloros producti, calyculus subpatulus, capitula anguste cylindrica 3-5-flora, pappus albus.

HAB. : America bor.-occid., Oregon ad Ochoco River (Cusick n. 2695!).

Facies præcedentis sed prope *S. minorem* Nutt. collocanda quacum cl. collector, dubitanter quidem, associat. Sed gracilitate partium, flosculis optime secernenda.

Cæterum, cl. *Suksdorf* sub. n. 5867 (e Bingen, Washington) specimina distribuit huic speciei sat proxima, sed caules subbipedales, flosculi numerosiores et capitula non racemosa; unde novam speciem sisteunt atque **Stephanomeris Suksdorffii** Gdgr salutandam esse autumo.

Thrincia Carreiroi. Gdgr. — Radix fibroso-incrassata, caules flexuosi ramosi hispidi, folia oblonga sublonga basi longe lateque petiolata hispida remote dentata nec incisa, pedunculi sulcati foliis longiores, phylla involucri sparse pilosa ligulis duplo breviora, pappus albidus.

HAB. : Açores, insula S. Miguel ad Lagôa (Carreiro n. 902 B!).

Affinis *T. nudicaulis* Lowe a qua indumento parciore, foliis non incisis vel runcinatis, caulibus elongatis recedit.

Cl. collector ex eodem loco alteram formam insignem præcedenti vicinam distribuit sub n. 980 : caule pedali, indumento subnullo, foliis lanceolatis acute dentatis, involucri glaberrimi phyllis duplo minoribus

gaudens, quæ potius propriam speciem constituit ac **Thrincia subglabra** Gdgr. nominandam videatur.

Tandem in opere meo *Flora Europæ*, XIV, p. 334, olim descripti subspecies duas *T. nudicaulis* affines, nempe :

- | | |
|--|----------------------------------|
| Involucrum et scapi glaberrima, folia tenuiter pilosa nec hispida obtuse dentata. — Madera, Ribero Sero, Rib. Sta Luzia (<i>Mandon</i> n. 153!). | Thrincia maderensis Gdgr. |
| Involucrum sparse hirtum, scapi hispidissimi, folia setosa ambitu ovato-lanceolata basi attenuata acute serrata. — Açores, Caldeira de Fayal (<i>Thiébaut</i> n. 812!). | Thrincia azorica Gdgr. |
| Involucrum cum scapo hispidissima, folia setosa ambitu oblongo-acuta basi attenuata et pinnata, cæterum longe et acute dentata. — Açores, in insula, S. Miguel ad Sete Cidades (<i>Carreiro</i> n. 902 A!). | Thrincia nudicaulis Lowe! |

G. Mandon, insuper sub eodem n. 153. *Thrinciam hirtam* Roth et *T. nudicalycem* permixte distribuit quæ, capitulis magnis, ligulis elongatis, etc., a planta europæa sat distinctæ sunt.

✓ **Xanthium pensylvanicum** Gdgr. — Inerme, folia ambitu deltoideo-triangularia subacuta basi truncata longe petiolata glabrescentia vix aspera obscure trilobata, lobis et dentibus obtusis, involucrum oblongum prorsus hamatum subpedunculatum glaberrimum lucidum, ejus spinisglabris breviter curvatis, rostra convergentia.

HAB. : America bor., Pennsylvania Delaware ad Darby Creek (*Mac Elwee* n. 1316!).

A *X. canadense* Mill. differt foliis glabrescentibus, involucro oblongo duplo minore glabro, etc.

✓ **Franseria californica** Gdgr. — A *F. Hookeriana* Nutt. differt pube tenuissima grisea nec muricata, ramis non scabris, foliis ambitu oblongo-lanceolatis remote pinnatisectis, racemis masculis laxifloris, involucri ♀ spinis rubentibus fere duplo (5-5,5 mm.) longioribus.

HAB. : California, ad San Bernardino (*Parish* sine n. !)

Herba viridi-grisescens prostrata ramosissima, caulis ut in cæteris speciminibus americanis (Oregon: *Cusick* n. 2429!; Montana: *Blankinship*!; Colorado: *Crandall*!) multo minus vel non hirto-muricatis.

Campanula saxonorum Gdgr. — Distinguitur a *C. propinquia* F. M. (sec. specimina authentica herbarii mei a Szovits in Persia bor. lecta!) indumento hispidissimo elongato strigoso (nec tenui vel pube minuta), calyce longe setoso, sepalis corolla subduplo brevioribus, foliis oblongis integerrimis apice attenuatis nec obtusis.

HAB. Anatolia, ad Amasia (*Bornmüller* n. 581!); Armenia, in monte Dolidayh (*Bornmüller* n. 3429!) et ad Gumuschkhane (*Sintenis* n. 6014!).

Specimina Szovitsiana 6-8 cm. alta sunt tenuiter sed scabride pubescentia, folia suboblonga obtusa, flores pauciores divaricatim pedunculati.

Wahlenbergia planifolia Gdgr. — Annua bipedalis glabra stricte ramosissima, folia oblongo-linearia lanceolata sessilia nec dilitata crassa marginibus plana integerrima uninervia, anthela ramosa, pedunculi uniflori valde elongati crassi sulcati, calyx glaber, sepala linearis